



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum Theologis ac præcipuè Societatis Jesu

Estrix, Aegidius

Moguntiaë, 1679

Propositio XXXVII. Famuli & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42472

PROPOSITIO XXXVII.

Famuli & famula domestica possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

Hanc propositionem tradi ait à Baunio *verbis tam claris, quam sit lux diurna*. Idque in Summa pag. 213. 214.

Lucidissima verò est impostura. Baunius isto loco id non affirmat licere famulis, nisi in duobus casibus singularibus atque hoc ipsum tribus adhibitis restrictionibus. Adeat, cui id lubet, Baunium.

Tribuit quoque damnatam doctrinam Escobario locum tacens & *multis aliis Societatis*, sed innominatis.

Escobar tract. 3. exam. 9. c. 3. n. 18. casum ponit, de quo non est mentio in propositione damnata, ut non utcumque **JUDICENT** famuli operam suam esse majorem, quam salarium, quod recipiunt, sed **CONSTET**, mercedem constitutam esse *justâ infimâ minorem*, vel aliter integram non valeant accipere.

Illos vero *alios multos Societatis* innominatos ibi credo descriptos habet accusator, ubi ejus animus maximè livet malevolentiam in viros religiosos.

P R O-